



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Multa post casum, altiùs surgere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

tatum, quas nunc magnificas, ac nobiles audis, vestigia quoque tempus eradet. Non vides, quemadmodum, in Achaia, clarissimarum urbium iam fundamenta consumpta sint? nec quicquam extet, ex quo appareat, illas saltem fuisse? non tantum manufacta labuntur, non tantum humana arte atque industria posita vertit dies. Iuga montium disfluunt, tote defedere regiones. Operta sunt fluctibus, quae procul à conspectu maris stabant. Vastavit ignis colles, per quos elucebat: erofit & quondam altissimos vertices, solatia navigantium, ac speculas ad humilem arenam deduxit. Ipsius natura opera vexantur, & ideo, a quo animo, ferre debemus urbium excidia. Casura omnia extant: omnibus exitus manet; siue interna vi flatuque preclusi venti pondus, sub quo tenentur, excusserint: siue torrentium in abdito vis obstantia effregerit: siue flammarum violentia compagine soli ruperit: siue vetustas, à qua nihil tutum est expugnauerit minutatim: siue grauitas cali eiecerit populos, & situs deserta corruerit. Enumerare omnes fatorum vias, longum est. Hoc unum scio; omnia mortalium opera, mortalitate damnata sunt: inter peritura, viuimus.

V.

Hac ego atque eiusmodi solatia admoneo Liberali nostro, incredibilis quodam patriae suae amore, flagranti: quae fortasse consumpta est, ut melius excitaretur. Sepe maiori fortuna locum fecit iniuria; multa ceciderunt, ut altius surgant, & in manus. Timagenes felicitati urbis inimicus aiebat, Romae sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciat meliora resurrectura, quam arsisent: in hac quoque urbe verisimile est, certaturos omnes esse, ut maiora certioraque, quam auisere, restituantur. Sui utinam diuturna, & melioribus auspicijs in eum longius condita. Nam huic colonia, ab origine sua, centesimus annus est, atas ne homini quidem extrema. Deducta in hanc frequentiam, loci oportunitate, conualuit. Quae tamen grauissimos casus intra spatium humanae pertulit senectutis.

VI.

Itaque formetur animus ad intellectum, patientiamque sortis suae, & sciat nihil inausum esse fortuna. Aduersus imperia illam idem habere iuris, quod aduersus imperantes: aduersus vrbes idem posse, quod aduersus homines. Nihil horum indignandum est. In eum intrauimus mundum, in quo his legibus viuatur. Placet? pare. non placet? quacumque vis exi. Indignare, si quid in te inique proprie constitutum est. Sed si haec imos summosque necessitas alligat, in gratiam cum fato reuertere, à quo omnia resoluuntur. Non est, quod nos tumulis metiaris, & his monumentis, quae viam disparia praetexunt. Aequat omnes cinis, impares nascimur, pares morimur. Idem de urbibus, quod de urbium incolis dico. Tam Ardea capta, quam Roma est. Conditor ille generis humani,

non na